



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1712**

Q. 261. Quid Confessarius Ecclesiasticorum, Judicum &c. Patrum - filiorum  
- familias &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42433**

tatis & innocenter vivat, Confessarius prae*ip*si in actus fidei, spei, charitatis, doloris & pro*positi*, prout capere poterit, sicque dispositum absolvat saltem sub conditione, si capax est, jubeatque communicare. Quid si tam hebet fit ingenio, ut nullam propriam cognitionem de quibusdam mysteriis formare possit, Tana & Gob. n. 311. dicunt esse equiparandum sicut tuo vel infanti, Deus enim a nemine exiget maiorem notitiam, quam per vim intellectus habere possit. Denique si hebetudo oriatur ex senectute, & hic senex prius sciverit ea, quae sunt scitu necessaria, potest illi impendi absolutio & Communio, quamvis jam non ita clare videatur ea capere. Si autem antehac non scivenista, nec satis christianè vixerit, laborandum, ut citò addiscat, quantum fieri potest, & disponatur ad dolorem, ne accidente majore senio minor sit capacitas.

1810. Q. 261. Quid observare debeat Confessarius Ecclesiasticorum, Iudicium, &c. Patrum-filiorum-familias &c. R. §. 1. Ecclesiasticis maximè inculcandum, ut scandala caveant: casti & sobrii sint officii sui partes maturè expleant; causa enim cur frequenter omittantur Horæ, plerumque est dilatio in noctem. Materiæ præcipuae, circa quas peccant, sunt simonia, Horæ canonica, Missa, habitus & tonsura, administratio Sacramentorum in mortali, pluralitas Beneficiorum sine causa, abusus proventuum ecclesiasticorum, de quibus omnibus videri potest Bussens. relatus l. 4. n. 1355. & 1370.

1811. §. 2. In quibus maximè peccant Judices, habes l. 4. n. 1420. 1428. 1440. 1469. In quibus Advocati, ibidem n. 1506. In quibus Referen-

tes, Secretarii, Notarii, Procuratores, ibidem n. 1508. In quibus Accusatores, n. 1509. In quibus Testes, n. 1514. In quibus Rei, n. 1521. & 1525. Instructiones speciales pro Judicibus, Senatoribus, illustribus personis, habet Lohner De Convers. Apost. p. 2. c. 2. §. 3. & 4. Speciatim autem pro divitibus §. 5. ut opibus bene utantur.

§. 3. In plerisque familiis plus authorita- 1812.  
tis habet vir quam uxor, & tum debet Confes-

sarius magis laborare de viro bene instruendo : in aliquibus plus uxor quam vir, & tum per il- lam debet queri bona institutio familie. Exa- men Patris- & Matris-familias potest esse, An curet, ut subditi præcepta obseruent, Missas, Catechismos, Conciones audiant : An eos ni- mium oneret : An contumeliis, injuriis, verbe- ribus afficiat : An peccantes puniat : An permit- tat lascivas conversationes suorum, turpilo- quia, blasphemias &c. An in aliquo, sit scanda- lo domesticis, ac præsertim prolibus. Quid de- beant præstare famulantibus, dictum est I. 3. p. 1. n. 706. Conjugatorum peccata potissimum sunt, imprecatio[n]es contra conjugem vel pro- les, mala educatio prolium vel domesticorum, negata redditio debiti, usus inhonestus Matri- monii periculum pollutionis, foetus ejiciendi, abortis. Quandonam peccent contra justitiam dilapidando res communes, vel occulte sub- duendo aliquid, dixi I. 3. p. 1, à n. 1017.

§. 4. Confessario conjugum dabat haec con- 1813.  
filia S. Xaverius apud Turcell. in vita 1. 6. c. 17. No-  
n[on] faciliter conjugis alterius de altero querelis credere, sa-  
pe nimis & falluntur & fallunt, sed summa animi ex-  
quitate utrumque audies, nec incognitâ causâ con-  
damnabis alterutrum.... Coram uxore cave, culpam

XXX 5 confite-

conferas in maritum, quamvis haud dubie penes illum sit culpa, sed re in praesentia suppressa, deinde sine arbitris eum monebis. I. .Omni curâ in id eris intemu-  
ne uxoris patronus videaris venire contra virum, nam  
ut mulieres naturâ subimpudentes sunt ac procace-  
citatè viris, ipsorum noxas, præsertim Sacerdotum ju-  
dicio damnatas objiciunt, quocirca satius est re diffi-  
mulat à observantiam maritis debitam proponere uxo-  
ribus, & simul demonstrare ipsius, quod viros suos se-  
despicatui habuerint, gravi utique dignas esse pena.  
Plura documenta pro conjugatis suggerit Loh-  
ner suprà §. 10. à n. 3. Specialiter pro Patribus-  
familias, §. 6. Pro Matribus-familias, §. 7. Pro  
viduis, §. 8. Quàm autem sit cautè conversan-  
dum cum mulieribus dicam n. 1891.

1814. §. 5. Quotuplicia sint bona filiorum fami-  
lias, & quid notandum sit circa eorum furtæ aut  
salaria, ad quæ putant se jus habere laborantes  
in domo paterna, dixi l. 3. p. 1. à n. 1026. 1031.  
1034. De famulis & ancillis dictum est ibidem  
à n. 706. 971. 1037. 1043. Examen filiorum-  
familias & famulantium maximè fieri debet  
circa furtæ & impudicitias: ac signanter refle-  
ctendum est, an non sint in proximis occasio-  
nibus peccandi, quas, ut absolvî possint, debent  
actu deserere, aut efficaciter velle ac posse fa-  
cere remotas, secundum dicenda n. 1831.

1815. Q. 262. Quid observare debeat Confessarius Me-  
dicorum &c. mercatorum, opificum, militum. Rz. §. 1.  
Obligationes & peccata Medicorum, pharma-  
copœorum, chirurgorum, habes l. 4. n. 1531.  
Mercatorum, ibidem num. 1539. Et specialiter  
Mercator graviter peccat, quando paratus est  
pro merce quodvis pretium, etiam injustum  
accipere, si posset: Item si falso juret, & docen-

dus